



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De iudicibus. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt testes ad testimonium non recipiantur, quos accusator à domo sua produxerit. Cap. XX.

TEstes ad testimonium non admittendos qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimoniū autem infra quatuordecim ætatis annos, nullus admittatur.

Ex eodē cap. 5.

Vt nullus clericus ad iudicem secularem alium clericū accusare præsumat. Cap. XXI.

VT nullus clericus ad iudicem secularem alium clericum cum accusare, aut ad causam dicendum trahere quocunque modo præsumat: sed omne negocium clericorum, aut in episcopi sui, aut presbyterorum cum archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quisunque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, vna minus de XL. ictus accipiat. Si vero honoratior, triginta dierum conclusione multetur.

Ex cōcil. Mariscē. cap. 8.

Vt nullus iudex secularis aliquem Ecclesiasticorum distringere præsumat. Cap. XXII.

VT nullus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores Ecclesiæ, sine scientia pontificis, per se distringat, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia cui iniuriam irrogare dinoscitur, tam diu sit sequestratus, quousque reatum suum agnoscat, & emendet.

Ex cōcil. Parisiēsi, cap. 10.

Vt omnes causæ per auctoritatem veritatis ventilandæ sint. Cap. XXIII.

OMnes causæ primitus per auctoritatem veritatis ventilandæ sunt. Quibus sint, cuius sint, quomodo sint, quales sint, doctæ aut indoctæ, parvæ, an magnæ, notæ sint, aut ignotæ. Longi temporis an parui, aut antiqui hostis consuetudine repertæ sint. Hæc omnia iudex cum æqualitate discernere debet.

Ex dictis August. in libr. de civitate Dei.

De clericis in falso testimonio conuictis.

Caput XXIII.

STatutum est, vt si quis clericus in falso testimonio conuictus fuerit, reus capitali crimine censeatur, & officij ordine degradetur.

Ex cōcil. Epaonēsi cap. 76.

De iudicibus. Cap. XXV.

AD delictum pertinet principum, qui prauos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt: *S. Isidor.*

Ex dictis S. Isidor.

Nam sicut populi peccatū delictū est, quādo princeps iniquus fuit, sic principis est peccatū, quādo iudices iniqui erunt. Bonus iudex sicut nocere ciuib⁹ nescit, ita prodesse omnib⁹ nouit. Aliis enim praestat celsura iustitiae, aliis bonitate. Iudicia sine personarum acceptione suscipit, non inuenit in iustitiam, auaritia flamma, nec studet auferre alteri, quod cupiat sibi. Boni iudices, iustitiam ad solam obtinent salutem aeternam suscipiunt, nec eam muneribus acceptis distribuunt, ut dum de iusto iudicio temporalia iura non petant, praemio aeterno ditentur. Omnis qui iustitiam in stateram in manu gestat, in utroque penso iustitiam, & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat poenitentiam. In isto libramine quaedam per aequitatem corrigat, quaedam uero per miserationem indulgeat. Quod Dei iudicia oculis suis praeposit, semper timens tremensque in omni negotio reformidat, ne de iustitiae tramite deuias cadat, & unde iustificatur, inde potius condemnatur.

De prauis iudicibus Cap. XXVI.

Ex dictis eiusdem.

Neminem stultorum vel improborū oportere iudicari. Nescit. Nam stultus per ignauiam ignorat iustitiam, improbus per cupiditatem corrumpit ipsam quam dicit iustitiam. Grauius lecerā ut pauperes a prauis iudicibus, quam a cruentissimis hostibus. Nullus enim praedo tam crudelis in alienis, quam iudex iniquus in suis. Latrones in antris faucibus ac latebrosis iacentes insidias ponunt, & rapacitatis auaritia seuiunt. Hostes in aliorum sanguine tantum intendunt: iudices quasi crudelissimi carnifices, uiuam, oppresione sua subiectorum vitam extinguunt. Multi enim destruant, multi sunt: rari sunt qui populos legum & iustitiae deramine regant. Plerunque & boni iudices sunt, sed in se ipsos rapaces habent, horum figura, ut ait quidam, scilla pingitur, atque describitur. Ipsa quidem humanitatis est, sed capitibus canini accincta & circumdata. Non ab aliis quibusdam potestatibus accidit, ut ipsorum humanitas iniquorum sociorum perturbet. Sepe iudices pro cupiditatis causa, aut differunt, aut peruertunt iudicia, & huiusmodi coeptra partium negotia, quousque mar supra eos qui causantur exhauriat. Quando enim iudicant, non